

der Kammer weder der Auditor noch der Viceauditor genannt ist. Das an Stephanus de Pinu (Ueber ihn vgl. Kirsch, l. c. pag. 393; R. Qschr. XV. pag. 425; Pressutti, Reg. Honorii Pape III, l. p. XCIV) gerichtete Schreiben lautet:

*R. V. III f. 338 Nr. 1616.* Stephano de Pinu preposito Sistari-  
cen. causarum camere nostre viceauditori generali. — De tue circum-  
spectionis industria specialem in Dño fiduciam obtinentes ac sperantes,  
quod ea, que tibi committenda duxerimus, prudenter et fideliter exe-  
quaris, te causarum curie camere nostre tam civilium quam criminalium  
viceauditorem generalem usque ad nostrum beneplacitum auctoritate pre-  
sentium deputamus omnia et singula, que ad officium auditorie pre-  
dicte pertinent gerendi, faciendi, perficiendi et plenarie exercendi facul-  
tatem tibi plenariam concedentes, propter hoc autem venerabili fratri  
Gasberto ep̄o Massilien. camerario nostro aut sue iurisdictioni non intendi-  
mus in aliquo derogare, q[u] ipse causas, de quibus sibi videbitur, per se  
vel per alium seu alios audire valeat ac etiam terminare. Dat. Avinion. kal.  
maii anno septimo. — E. G ö l l e r.

## 2. Zur Geschichte des päpstlichen Schatzes im 14. Jahrh.

Im Juni 1314 wurde der wertvollste Teil des päpstlichen Schatzes, den der Kardinal Gentile auf dem Transport von Perugia nach Avignon in der Sakristei von S. Frediano zu Lucca geborgen hatte, allem Anscheine nach vollständig ausgeplündert. Ausser einer Kreuzpartikel und einigen Reliquien konnte P. Ehrle (Cf. Arch. f. L. u. Kg. I. pag. 236 ff.) keine anderen Gegenstände und Kostbarkeiten anführen, die später zurückerstattet worden wären, so dass begründete Zweifel vorhanden waren, ob überhaupt grössere Bruchteile des Schatzes je wieder an die Kurie zurückgelangten. Diese Zweifel fielen jedoch, als der gelehrte Verfasser der *Historia Bibliothecae Romanorum Pontificum* aus dem Liber de diversis der päpstlichen Kammer unter Johann XXII. die Rückerstattung weiterer Teile nachweisen konnte. Doch handelte es sich auch hier nur um vereinzelt Wertgegenstände und Bücher. Dass die Kurie thatsächlich wieder einen bedeutenden Bruchteil des geraubten Schatzes zurückgewonnen hat, ersehen wir nun aus dem Inhalt des unten folgenden Entlastungsschreibens, das Johann XXII. am 30. Oktober 1322 den Pisaner Kaufleuten Gaddus Gambacorte und Becus Sciorte ausgestellt hat. Darnach waren viele Wertsachen und Bücher, die sich in den mit A bis H bezeichneten Koffern befanden „certis causis excusabilibus“ in die Hände des Abtes von St. Michael bei Pisa, des Sakristans Andreas von S. Frediano und der obengenannten Kaufmannsfamilien gelangt, durch die im Schreiben selbst erwähnten päpstlichen Gesandten

bei letzteren „sub certis conditionibus“ einstweilen deponiert und schliesslich wieder der päpstlichen Kammer zugestellt worden. Ist es an und für sich schon, obwohl wir aus dem Jahre 1311 ein Inventar des päpstl. Schatzes besitzen, interessant, wieviel von dem geraubten Teile wieder restituirt worden ist, so kommt noch hinzu, dass diese päpstliche Quittung verschiedene Angaben enthält, die sich in dem genannten Schatzverzeichnis nicht nachweisen lassen. Das Schreiben selbst findet sich in Reg. Vat. Nr. 111 fol. 385 ff., jedoch sehr lückenhaft, ferner in einem Quittungsregister der päpstl. Kammer (Coll. 373), das wir für die nachstehende Veröffentlichung zu Grunde legen.

*(Coll. 373 f. 9) Gaddo Gambacorte et Becco Sciorte mercatoribus Pisanis.*

Johannes episcopus servus servorum Dei. Dilectis filiis Gaddo Gambocorte et Becco Sciorte civibus et mercatoribus Pisanis salutem et apostolicam benedictionem. Ex parte vestra fuit propositum coram nobis quod dilecti filii Paulus abbas monasterii sancti Savini de Montione Pisane diocesis et Petrus de Banis archidiaconus Cambralie in ecclesia Lemovicen. ac Petrus Ramundi de ordine fratrum predicatorum eiusdem ordinis procurator apostolice sedis nuncii et super infrascriptis a nobis potestatem habentes nonnulla bona, que fuerunt de thesauro Romane ecclesie dudum de sacristia ecclesie sancti Fridiani Lucan. subrepto ac per dilectos filios . . . abbatem monasterii sancti Michaelis discalciatorum prope Pisas, Andream sacristam dicte ecclesie sancti Fridiani, Beccum dictum Papam, Gilium Cavallare de Casseuli, Beccum Alliatam cives Pisanos vel alios eorum nomine et te fili Gadde, ad quos certis causis excusabilibus bona hec devenerant restituta, penes vos sub certis conditionibus deposuerunt et pactis per vos nobis et nostre camere integraliter assignanda sicut in quodam publico instrumento per dilectum filium Villanum, filium quondam Venture Cometan. de Plum-bino, publicum imperiali auctoritate notarium confecto, ut videbatur prima facie plenius asseritur contineri. Cumque vos bona huiusmodi penes vos, ut premititur, deposita, que in eodem instrumento particulariter designantur, nobis et nostre camere feceritis assignari, fuit pro parte vestra nobis humiliter supplicatum, ut providere vobis de cautele sufficientis remedio super hoc dignaremur. Nos autem supplicacioni vestre velut rationi consone favorabiliter annuentes assignationem predictam fore factam pro vobis et vestro nomine de bonis predictis nobis et nostre camere recognoscimus et fatemur vosque heredes et successores et omnia bona vestra de bonis predictis perpetuo absolvimus et quitamus. Que quidem bona sunt hec: Videlicet septem toballie magne de Alamannia operate cum filo albo, unum pluviale cum una planeta de samito viridi, due dalmatice pro diacono de caticiamito viridi, due tunice pro subdiacono eiusdem coloris, unum pluviale eiusdem panni et coloris, unum pluviale et una planeta de diaspero albo cum fregiis aureis, unum pluviale et una planeta de diaspero sanguineo

cum aurifregiis, unum pluviale et due planete et dalmatica et tunicella sanguinei coloris cum aurifregiis, due planete et unum pluviale de catassamito nigro cum aurifregiis, unum pallium altaris cum suo fregio cum ymaginibus de sirico et auro, unum pluviale cum ymaginibus de serico et auro foderatum sirico viridi, una dalmatica de diaspero albo deaurato cum fregiis et perlis, sex albe cum fimbriis<sup>1</sup> deauratis et ymaginibus in pectore et in manibus vel de panno aureo, quatuor amictus cum capitibus sanctorum et in uno sunt multe perle, due stole et tres manipuli parati auro et sirico albo, una stola et unus manipulus de auro et sirico cum multis ymaginibus et armis, una stola et unus manipulus sanguinei coloris cum filo aureo, tres corde de sirico pro ministris altaris, una cortina cum samito et panno deaurato cum armis ecclesie ad ponendum super altare, tres pecie pannorum cum sirico diversorum colorum ad ponendum super cathedram pontificalem, unum pluviale de samito rubeo cum aurifregiis, una garda mappa de Alamannia, [tovallia] altaris cum sirico ornata in capitibus, unus pannus lineus modici valoris, unum pa[l]ium altaris panni tartarici foderatum viridi, quod habet in capitibus siricum viridem et rubeum, due toballie pro mensa, quarum capita sunt ornata sirico, unus pannus siricus pro altari, unus pannus aureus cum una palla altaris, una mappa mundi in panno lineo, unum frigium altaris modici valoris, una tovalia altaris nullius valoris. Que omnia erant in uno magno cofino signato ista litera A. Item septem paria calciamentorum papalium de corio rubeo cum aurifregiis, concordantie in duobus voluminibus, unum volumen, in quo sunt omnes orationes de tempore et festis, unum volumen, in quo continentur prefationes, unum missale completum absque epistolis et evangeliis coopertum veste vergata, unum volumen evangeliorum cum eadem veste, unum epistolarium coopertum eodem panno, unum pontificale intitulatum: *domino Gentili* coopertum corio rubeo, unum manuale vel collectorium coopertum corio rubeo, unus liber Innocentii de missarum solemnibus, unus liber novem iudicum cum quibusdam aliis, una pars formularii, unus liber manescalcie et summa dictaminis, unus liber de ministeriis episcopi, quando ministrat pape, unum par plannellarum vel pauciorum, una expositio super decretali *una sancta ecclesia*, epistole Cirilli ad abbatem Joachim et quedam epistola magistri Arnaldi, tria vexilla et una tovallia parvi valoris, et omnia superius dicta continentur in cofino<sup>2</sup> viridi, ubi est hec littera B. Item quatuor camisie, duo volumina antifanariorum, unum coopertum corio albo aliud corio rubeo, unum lectionarium de tempore et sanctis totius anni, unum psalterium, unus liber de questionibus magistri Gotifredi et multi quaterni questionum et postillarum, unum breviarium parvum, unum volumen, in quo continentur multe tabule astrologie astrolobium computus et spera Lincolniens.<sup>3</sup> unum volumen super primum et secundum sententiarum, unus liber de quolibet

<sup>1</sup> Ms. frimbiis.<sup>2</sup> Ms. confino.<sup>3</sup> Ms. Linconen.

magistri Henrici abbreviatus, unus liber questionum super quarto sententiarum, tractatus unus fratris Egidii de potestate papali, questiones super quarto sententiarum, unus liber, qui dicitur otia imperatorum, unus liber Abrahe de iudiciis et multa alia, unum pontificale diminutum, unum volumen sermonum recollectorum, unum volumen, in quo sunt Ysidorus etimologiarum, et liber Bernardi ad Eugenium, unum volumen sermonum recollectorum, unum albumasar astrologie et multe alie tabule, decretum sancti Stephani regis Ungarie, duo specula de calibe, unus liber Johannis Belet de officiis, istorie Ungariorum, unum superpellicium, et ista supradicta bona erant in uno cofino rubeo, in quo est litera C. Item tovalia una cum capitibus de sirico, trigintanovem mapule de lino tam parue quam magne cum capitibus de sirico et duo sendalia et una scarpetta pontificalis et copertorium computatur pro mappa, decem et septem mapule de serico aureo, unum graduale de tempore et festis, unum volumem, quod dicitur rosarium, decretales cum apparatu, volumen unum sermonum, quod incipit: *abiciamus*, sermones fratris Quidonis de tempore et festis, bursa cum multis sexternis sermonum, quorum primus incipit: *non aufertur ceprum in hiis que patris mei sunt*, duo flascones de alabaustro, duo astralabia, mappa mundi in postibus, quatuor camisie, textus sexti libri decretalium sine apparatu, apparatus Johannis Andree super sexto, apparatus Dini super regulis iuris, tractatus Guillermi de Mandagoto super electionibus, summa abbreviata Gotifredi cum multis capitulis in parvo volumine, compilationes Martini de Fano super decreto, unus liber Tullii de officiis, due pecie simul consute de samito, septem vexilla cum diversis armaturis et libellus de pugna viciorum et virtutum, et ista supradicta erant in quodam cofino ubi est littera D. Item una pecia panni de lino duarum cannarum cum dimidia, unum bacinum de argento ponderis IIII<sup>or</sup> librarum et octo unciarum, unum vas de argento, in quo portatur aqua benedicta, duodecim unciarum et dimidie, quatuor tagie de argento unciarum triginta, aurum cum esmaltis duarum unciarum et quartarum trium, aurum positum in ismaltis sanis et fractis, argentum deauratum in diversis peciis cum ismaltis et linguis serpentinis ponderis vigintiquatuor unciarum, unum scindipendium cum manuleo de ebore cum sculturis, tres taffarie seu scutelle de osse piscis, unum calamarium de osse albo, unum caput scultum in calsidonico, tria frabella operata cum sirico, diversa frustra panni deaurati et pecie ad ligandum brachium pro fleobotomia, alique perle cum quibusdam peciis argenti, una pecia sarge albe fracte, septem amictus, unum manutergium, tres albe, quarum una est fracta, sex brachia samiti rubei, una ampulla vitrea, in qua est modicum balsami, constitutiones Clementis contra hereticos, unus mantellus et una garvatia in IIII<sup>or</sup> peciis, una alba dilaniata; et suprascripta sunt inclusa in quodam cofino ubi est littera E. Item quatuor mitre, quarum una est cum perlis et esmaltis, duo paria pontificalium cirothecarum cum perlis, quinque sudaria operata sirico et perlis, duo vela de sirico cum listis, una crux de cristallo, unum superpellicium in fundo, unus pannus Lucan. deauratus, una

crux de argento deaurata cum pede in uno corio, una cassula parva, in qua sunt una parva crux cum pede de argento deaurato et quatuor cultelli in duabus vaginis cum manubriis de corallo, aliud vasculum plenum reliquiis, multa signacula librorum et unus pannus lineus cum multis reliquiis, cassa lignea, in qua sunt due cooperture corporalium, una, quarum est cum perlis, alia cum litteris aureis, una bursa deaurata, unum corporale, una alia cassa, in qua sunt due cooperture corporalium et unum corporale, una alia cassa cum tribus coperturis corporalium, unum est cum auro, perlis et gemmis alia vero duo sunt communia et duobus corporalibus, quatuor vagine cum cultellis de mensa magnis et parvis et broquis, unum scindipennium cum manubrio<sup>1</sup> de ebore, una nicla circumdata argento, unum vas argenteum pro crismate et duo vascula de argento pro triaca media, nux circumdata undique auro, coppa fracta de cristallo cum pede et copertorio de argento deaurato in corio, unus flasco de porfino cum uno superpellicio, una cuppa de mazarro cum pede argenti, una pixis pro hostiis ornata perlis habens intus quasdam perlas et modicum de ligno crucis et una lingua serpentis, tria superpellicia, unus cultellus cum manubrio de iaspide; et ista supradicta erant inclusa in quodam cofino, ubi est hec littera F. Item unum superpellicium in fundo cofini, ubi est litera G. Quatuor tabule pictae simul ligatae, unum mitrale cum tribus mitris de bombace et duabus de diaspero et unum vexillum, tresdecim ciphi de mazarro in corio cocto, una magna cuppa de mazarro cum pede argenti, duo pulvinaria altaris, due scutelle, una de alabaistro et alia de iaspide rubeo, duo cisoria de alabaistro involuta in una camisa et una palla de lino, una cassa de ligno, in qua sunt novem flabella et aliqua pulcra frustra coralli et quedam minute pecie de corallo. Et supradicta sunt in quodam cofino, in quo est littera G. Item una mappa de opere theotnico, unum vexillum fractum, due pecie non integre de iambellocto, aliqui quaterni sermonum, qui incipiunt: *non invenire poterimus*, unum pluviale imperfectum cooperatum sirico et auro multis ymaginibus et perlis, una dalmatica completa et fornita auro et sirico, unus crucifixus magnus et pulcer de ebore cum pede et multis ymaginibus scultis, due tabule lignee depicte, quadraginta quinque anuli aurei in una cassa lignea depicta, una coppa de mazarro cum pede argenti, una cassa parva pulcra et deaurata et bene ferrata. Que omnia erant inclusa in cofino de H. Datum Avinion. III kal. novembris pontificatus nostri anno septimo.

R o m.

E. G ö l l e r.

### Aus dem Archiv des Fürsten Colonna.

In Band 15 dieser Zeitschrift habe ich aus dem Archiv des Fürsten Colonna fünf Diplome publiziert, denen unterdessen der verstorbene

<sup>1</sup> Ms. manibrio.